



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Amandus Episc. 6. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

eodem in calathō ver & autumnum offert. Miratur ille in hyeme rosas non flaccidas, miratur poma non marcida, miratur certantem cum munere suo muneris bajulum, & jam non contentus vidisse horti munera, ad ipsos hortos Christianus per omnia tormenta penetrare contendit, quæ quidem ille, ut spinas generosè calcavit, dum animo volveret, quales rosas quæreret. *Ex Surio.*

Quid istud negligentia, quid pigritia, imò quid vecordia est, ut non crebris suspiriis & ferventissimâ affectione abrumpere hinc, & in illa tam felicia agmina jaculari animos studeamus? S. Bern. serm. 5. de om. SS.

S. AMANDUS EPISC. 6. Februarii.

Quid juvenus, quid ætas virilis facis? Mundum & cum mundo patrem AMANDVS puer vicit, & cum Religioso negaturum se ille hæreditatem minaretur, amplam sibi hæreditatem suppetere in cælo respondit; caveret ipse parens, ne hæc excideret. Romam deinde ad D. Petri supplex ivit. Hunc ibi in somnis vidit, & auctorem habuit Galliæ repetendæ. Sed & in puppi eundem répestare jactatus patronum conspexit. Jam Trajectensi insulâ condecoratus cum reo, cui laqueo gula frangenda erat, servare precando apud immitem judicem non posset vitam, ablatam certè precando apud Deum restituere potuit. Regis Dagoberti filium (Sigebertus fuit) cum fonti lustrico admoveret, precibusque Divi nemo verbum solemne *Amen* subjiceret, id ipse infans XL. tunc dies natus subjecit, unico verbo, & in AMANDI, & suas laudes facturus. Non nemo quòd famam AMANDI lacerasset, carnificem dæmonem sensit, suisque manibus laceratus oppetiit. Alii qui mortem Divo machina-

6. Feb. machi
cum h
Femin
boren
antè b
Aldeg
candit
verbis
fisset.
est, h
cum c
Milo. i

Q
lumin
nitates
quere

S.

N
fectus
nec in
ejus S
gener
Quin
Rex M
PHO a
adhib
duco
bam l
afflaru
PHO F
(simu
tur) h

6. Feb.

VITÆ SANCTORVM.

81

machinabantur, oculis amissis facinus suum, & cum hoc, post preces illius, diem iterum viderunt. Feminæ quoque lucem restituit, cum primùm arborem illa aggressa est excindere, quam divinis antè honoribus (cæca utique) coluerat. Mortuum Aldegundis virgo in cælum vidit deduci ab obviâ candidatorum turbâ, auditque eos hos esse, quos verbis vitæque exemplis prior ipse cælo transmisisset. Nimirum hæc denique generosa indoles est, hi digni homine spiritus, nolle solum, sed cum comitatu, & clientelis cælum ingredi. Ex Milo. Monacho.

Qui sperat in Deum, ac toto corde in ejus gloriam luminum suorum defigit aspectum, ad insanissimas vanitates consecratos semel Deo non debet oculos retorquere. S. Max. hom. de Circumcis.

S. BRYNOLPHUS EP. 6. Februarii.

NAtales BRYNOLPHVS domi nobiles foris amplius nobilitavit. Lutetiam Parisiorum profectus egit Musas inter ipsos duodeviginti annos, nec invito Apolline. Siquidem hic doctrinam ejus Scarenfi insulâ coronavit. Tantùm abest, ut generis splendori officiat Musarũ commercium. Quin imò literatæ huic insulæ armatam coronam Rex Magnus Ladelos submisit, quando BRYNOLPHO ad genua supplex palam descendit, & mensæ adhibuit. Sed quid virtutis testem hominem adduco, cum cælum habeam. Precantem ad tumbarum BRYNOLPHI D. Brigittam suavissimi odores afflarunt. Miranti supervenit cum ipso BRYNOLPHO FILIOQUE MAXIMO MATER MAGNA, & His, (simul oculis digitoque BRYNOLPHVM loquebatur) *hic est, dixit, qui me dum vixit, vitâ chariorem habuit.*